









Pr. 53. Rubr. 7. 3  
1617 1/2

De

# Substitutionibus

14

*Disputatio quarta*

## FIDEI COMMISSA

& Sc. Trebellianum comprehendens,

P. 283

*Quam*

Juvante DEO

*Sub presidio*

LEOPOLDI HAKELMANNI JC<sup>ti</sup>

& Facultatis Juridicæ Ordinarii &c.

*Publicè tueri conabitur*

BERNHARDUS PLANERUS Norimb.

*Habebitur in Auditorio Jureconsultorum diebus 22.*

*& 23. Decembris*

Quarum priori de thesibus 27. prioribus, descriptionem, divisionem, causam efficientem, materialem & formalem fideicommissorum, declarantibus; posteriori verò de fine &c. in reliquis agetur.



L I P S I Æ,

Excudebat LAURENTIUS COBER.

Anno Christi M. DC. XVII.







*Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis ac  
Prudentissimis viris ac Dominis*

**Iohanni Nützel, ab & in  
Sondersbühl.**

**Paulo Behem.**

**Dn. Georgio Volkhamero.**

**Ernesto Hallero ab Hallerstein.**

**Leonhardo Grundher.**

**Martino Pfinzing, ab Hensensfeld**

**Andreae Im Hoff.**

**Duumviris, Septemviris, Consulibus, Scholarchis  
& Senatoribus inclytæ Reip. Noribergensis me-  
ritissimis, &c. Dn. & Patronis meis sub-  
missè venerandis,**

**Salutem cum debita observantia.**



*Eliberanti mihi, quorumnam patrocínio ex-  
ercitium, hoc meum in Jure Civili committerem  
omnium primi Vos mihi occurrístis, Viri Magnifici  
Nobilissimi, Amplissimi atq; Prudentissimi, Domini  
ac Mecænates omni observantia cultu prosequendi idq; non tan-  
tum ob summam illum favorem ac liberalitatem, qua bonas ea-*

*testa-*



tes earumq; studiosos prosequimini, sed praesertim ob beneficia  
quoq; illa, quae in me innumera sanè atq; insignia contulistis.  
Etenim sensu penitus omni destitutos esse oportere, planè mihi  
persuadeo, apud quos, secundum Diogenis illud, nil citius quam  
beneficium senescit. A quibus equidem me plurimum divertere  
atq; abhorrere ingenua fronte profiteor. Quotiescunq; enim  
ingentium beneficiorum, à Nob. Ampl. & Prud. Vra in me col-  
latorum recordor (recordor autem quotidie) obstupescere planè  
me facit incredibilis illa liberalitas, qua me jam ultra decen-  
nium, tam in Inclyta Vestra Altorphina, quam alijs Celeberr-  
mis Academijs sustentastis. Pro quo tanto beneficiorum cumu-  
lo, tametsi dignas gratias Nob. & Ampl. Vra verbis agere,  
ne dum re & veritate referre nesciam, hoc tamen scio, faculta-  
tibus deficientibus, animum solum gratum Dijs pariter & ho-  
minibus acceptum esse. Quem proinde, ne in me patiar de-  
siderari, Chartaceum hoc munusculum, studiorum meorum fru-  
ctus quales quales, in debite gratitudinis & observantiae signum,  
Vobis Viris Mag. Nob. Ampl. & Prud. offerre & strenua loco esse  
volui, submissè & omni cum reverentia rogans, ut illud non  
ex sua (quam prorsus nullam agnosco) dignitate, sed offerentis  
metiamini voluntate,

Quæ facit ut veniat pauper quoq; gratus ad aras,  
Et placeat cæso non minus agna hove.

Porro quoniam tempus illud, quo Nob. & Ampl. Vra bene-  
ficio Stipendij frui me voluit, jam fermè est præterlapsum: &  
verò ego scopum propositum, ut ut nihil eorum, quae ad illum per-  
ducere me posse visa sunt, sciens omiserim, nondum sim assecutus:  
non potui quin munificentiae Vrae fores denuò supplex pulsarem,  
submissè rogans, ut eodem me diutius frui patiantur, quò fi-

A 2 nem



nam speratum feliciter atq; commodius assequi, & ad uberiores  
tandem studiorum maturitatem valeam pervenire. Ego  
vicissim spondeo, me utcumq; absentem, nec in studiis tractandis  
indiligentem, nec in precibus, uti par est, ad DEUM funden-  
dis V<sup>ra</sup> Magn & Ampl. immemorem fore: quin potius ita me  
geram, tanquam in oculis Vestris semper versarer, ut nec inde-  
corus Reipub. vestra Civis, nec indignus patrocinio Clientis ulli-  
bi deprehendar. Valete VV. Magn. Nob. Ampl. & Prud.  
& bono Reip. diu superstites agite. Dabam Lipsia in edi-  
bus Excell. atq; Consultissimi Viri D. Theodori Sitzmanni,  
22. Decemb. Anno MDCXCVI, M. D. C. XVII.

M. N. & Ampl. V<sup>ra</sup>

Obsequentissimus

Bernhardus Planerus,  
Norimbergensis.

DISPU-





DISPUTATIO  
DE  
FIDEICOMMISSIS.

CONTINUATIO.

**Q**uoniam de Substitutione, propriè sic dicta, satis superq; haectenus dictum est, (a) ordo nunc exigit, ut de fideicommissis, (b) substitutione impropria, (c) disquisitio instituat. Quare de illis quoq; in presenti hac disputatione breviter agamus.

(a) vide disput. I. de Substitut. th. IX.

(b) De cujus materiae praestantia, utilitate & authoribus, vide Mattheac. in praefat. tract. de Leg. & Fideicom.

(c) Vid. Iason. in Rub. t. C. de substit. & instit. ubi consentientes allegat Bal. Sal. & Paul. de Cast. ad tit. de Impub. & alijs. & text. in l. generaliter & in pr. C. de instit. & substit. vid. Mattheac. d. tr. c. 6. ubi sex argumenta pro sententia hac adducit, & ad contraria respondet.

THESIS I.

**D**efiniri autem potest fideicommissum in genere, quod sit Liberalitas, quæ verbis precarijs, vel alio quocunq; iudicio precariae voluntatis in aliquem confertur. (a) Et is qui resti-

A 3 tuit,



tuit, fiduciarius, & hujus contemplatione onus esse dicitur: (b) cui restituitur, fideicommissarius successor, & hæreditas fiduciaria nuncupatur, (c) & favorabile est fideicommissum.

(a) t. t. Instit. de Fideicom. hered. Vlp in frag. hic. Cujac. in parat. ff. de leg. 1.

(b) Peregrin. art. 1. n. 23. & seqq. Intrigl. cent. 3. q. 75. n. 2. de Substitut.

(c) l. postulante. 44. in f. ad Sc. Trebell.

I 4.

Et quidem fideicommissa primis temporibus infirma fuerunt. Sed Augusti Cæsaris tempore cœperunt esse in admiratione, cum & Consules auctoritatem suam interponerent. (a) Et D. Claudius duos Prætores, qui de fideicommissis cognoscerent, & jus dicerent, constituit. (b) Verùm cum hac ratione, vltimis elogijs defunctorum nondum satis prospectum, (c) duo Senatus consulta, alterum Trebellianum, alterum Pegasianum, facta sunt, quorum posterius, quoniam explosum, (d) omnis auctoritas Senatusconsulto Trebelliano à Justiniano tributa, & actio constituta est, retento vocabulo artis fideicommissum. (e)

(a) § 1. Inst. hic. Vlp. in frag. t. 25. Paul. lib. 4. sent.

(b) l. 2. § capta. 32. de Orig. I. Postea unus tantum fuit Prætor fideicommissarius. d. § 1. in f. Inst. hic. l. 2. C. qui pot. in pig. l. questum. 78. §. pen. de leg. 3. l. 4. in f. quib. ad libertatem proclamare. l. si cui legatum fuerit. 92. de condit. & demonstrat.

(c) l. 10.



(c) l. 1. §. Sublata, 3. ad SC. Trebell. §. sed quia heredes. §. I. hinc.

(d) d. l. 1. in pr. & §. inde Neratius. d. §. sed quia. I. hinc.

(e) Akiat. lib. 3. parerg. 1. Duar. lib. 2. disput. c. 9. Donell. in comment. lib. 7. c. 15. Intrigl. cent. 3. q. 70. n. 1. dicit, quod jure civili sit introducta.

### III.

Dividitur fideicommissum, quod sit aut universale, (a) aut singulare, seu particulare. (b) Universale est, quando patrimonium universon, vel pars ejus, indirectò per interpositam personam alicui relinquitur. (c) Singulare seu particulare, cum legatis eandem definitionem recipit. (d) Nos verò de priori specie hinc tractabimus.

(a) t. t. ad SC. Trebell. & de Fideicommissis in Inst. & C.

(b) Inst. de sing. reb. per fideicom. relict.

(c) §. in primis. 2. §. nihil autem interest. §. I. hinc. Trentacinquius ad Rub. de substitut. n. 21. & idem est, sive quis totam hereditatem rogatur restituere, sive partem hereditatis. l. cogi 16. §. & generaliter. 2. & §. sed & si quis. 5. ad Trebell. & quæ differunt per plus & minus, non differunt specie. l. fin. de fundo instructo.

(d) l. & fideicommissum. 87. de leg. 3. §. sed non usq. 3. I. de leg. l. 2. C. commun. de leg. & fideicom. Quamvis olim in multis discrepabant, ut videre est apud Donell. ad Rub. C. de Fideicom. n. 4. 5. Fideicommissum etiam aliud est personale, aliud personalissimum, aliud impersonale seu reale. Intrigl. quest. 90. n. 5. cent. 3. Item aliud expressum, quod ex verbis cognoscitur, aliud tacitum, quod ex præsumptionibus colligitur, de quibus prolixè Azo, in summa tituli C. de fideicom. vid. etiam inf. th. XXI. & seqq. Aliud quoq; purè conceptum, aliud sub conditione, vel in diem. de quibus inf. th. XXIV.

### IV.

Fideicommittere possunt omnes, qui ultimam suam <sup>Causa efficiens,</sup>



Quam voluntatem mortis tempore condere possunt,  
(a) sive jure communi sive jure militari.

(a) *Vlp. in frag. tit. 25. §. 4. l. 2. de leg. 1. l. verbis legis. 120. de V. S. alioquin nec ex Codicillis fideicommissum deberetur. l. 1. §. 1. de leg. 3. l. Divi. 6. §. codicillos. 3. l. conficiuntur. 8. §. Codicilli. 2. de Jure Codicill. nisi quis postea testabilis factus, in ea voluntate duraverit. d. l. 1. §. 1. l. qui ex liberis. 11. §. ult. de bon. poss. secund. tab. idq; singulare in Codicillis, qui non tantam solennitatem sicut testamenta requirunt.*

v.

Onerari fideicommissio queunt, tam heres suus & legitimus, vel extraneus, (a) quam fideicommissarius, (b) sive impubes ille sit, sive pubes (c) item heredis heres, vel heres fideicommissarij, vel legatarij in infinitum, (d) quatenus honoratus est: (e) & si plus quisquam rogatur, quam ex testamento accepit, illud quod amplius est, non debetur. (f)

(a) *§. in primis. §. nihil autem interest. l. hic. l. si plures 98. de leg. 3. l. 1. §. id quod ex substitut. 13. ad l. Falc.*

(b) *§. eum quoq; 11. l. hic. l. 1. §. de illo. 8. ad SC. Trebell. l. 9. C. hic.*

(c) *l. si fundum per fideicommissum. 92. §. f. & l. seq. de leg. 1. l. 2. & l. in pupillari. 14. de Vulg. & pupill. c. Raynutius. de testament. c. 1. eo. in 6. Peregrin. art. 1. n. 17. hic. Menoch. lib. 4. presum. 72. n. 35. Imò etiam nondum natus, si modò natus successurus nobis sit. l. 1. §. 6. & 8. de leg. 3. l. 126. §. f. de leg. 1.*

(d) *l. si fuerit. 5. §. 1. & l. sed etsi sic. 6. in pr. de leg. 3. l. ut hereditibus. 50. in pr. de leg. 2.*

(e) *l. filiusfamilias. 114. §. quid ergo. 7. in f. de leg. 1. Non enim non honoratus gravari potest, l. ab eo. 9. C. hic. & ibi Iason egregiè limitat, & post eum Sichard. n. 5. 6. 7. 8. 9. l. pen. eo. l. 6. §. 1. in f. de leg. 3. l. 10. de R. l. l. 1. §. hoc autem. ad SC. Trebell. vel quatenus apud eum  
de bo-*



de bonis gravantis remanet, deducto ære alieno. *l. civitatib. 122. §. fin. l. non amplius. 26. in pr. de leg. 1.* Quo in loco tamen notandum est, quod filius in legitima saltem institutus, non videatur honoratus, quia ea ipsi debetur à lege & à sanguine, & proinde gravari non possit: Cum aliàs quoq; legitima nec onus, nec diem, nec conditionem ullam recipiat. *l. quoniam. 32. l. scimus. 36. §. cum autem. 1. & seq. C. de inoff. testam. vid. inf. th. XIX.*

(f) *d. l. filiusfamilias 114. §. ut quis. 6. & seq. de leg. 1. l. 1. §. 9. de leg. 3. Iason d. loco in pr.*

#### V I.

Et quamvis olim incapacibus restitui poterat fideicommissum, (a) hodiè tamen talibus non licet accommodare (b) fidem, ideoq; peregrinis, adulterinis, incestuosis, nefarijs, (c) spurijs, (d) relictum, fisco (e) cedit.

(a) *§. 1. Inst. hic.*

(b) *d. §. 1. l. omnibus. 26. ad SC. Treb. l. filiusfamilias. 114. §. si quid alicui §. de leg. 1. arg. l. 1. C. de hered. instit.*

(c) *§. f. N. 89. quib. mo. nat. eff. sui. Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. c. per venerabilem. in f. qui filij sunt legitimi.*

(d) *l. humanitatis. 8. cum auth. seq. C. de nat. lib. exceptis alimentis. c. cum haberet. in f. de eo qui duxit in matrimon.*

(e) *l. 1. C. de delatorib. lib. 10. l. 1. l. cum tacitum. 49. l. ita fidei. 40. de iure fisci.*

#### V II.

Non tamen fideicommissum de una persona ad aliam extendi potest, sicuti nec de casu ad casum, nec de tempore ad tempus, (a) nisi ex præsumpta testatoris mente contrarium eliceretur, ut cum vult, quod bona in familia manere debeant, vel verba voluntatis tractum successivum admittunt, sicut si

B

castrum,



castrum, domus aut insigne palatium relictum est. (b)

(a) Quia onus & conditio adjecta institutioni, non censetur repetita in substitutione. *l. sub conditione. 73. de hered. instit. l. si quis heres. 35. de acquir. hered. nec extendenda voluntas ultra quam expressit testator. l. un. §. si autem aliquid sub condit. 7. C. de cad. toll.*

(b) *l. cum virum. 16. C. hic. Menoch. eleganter lib. 4. præsumpt. 67. per tot. & præs. 73. n. 5. 6. 7. & inde transumfit Intrig. cent. 3. q. 76. de subbit.*

VIII.

Sic quando filius vocatus est cum patre, in dubio non præsumentur simul vocati, ut eodem tempore succedant, sed ordine successivo, (a) nisi extraneum substituatur cum filiis, tum enim æqualiter illis restituenda est hereditas, & eodem tempore vocati censentur. (b)

(a) In dubio enim omne testamentum recipit interpretationem à jure communi, quod ordinem in successione observat. *Nov. 118. Inst. de hered. que ab int. & de leg. her. Menoch. præsumpt. 70. & Intrigl. ex illo q. 81.*

(b) *idem Menoch. n. 35.*

IX.

An autem in tali casu, ubi ordine successivo fit restitutio, proximitas testatoris vel gravati considerari debeat, quæritur? & proximitatem testatoris respiciendam verius est.

*l. coheredi. 41. §. cum filio. 2. de vulg. l. sancimus. 7 §. cum autem. 1. C. ad Trebell. l. unum ex familia. 67. §. si te Falcidia. 1. de leg. 2. Intrigl. q. 78.*

X.

Sed an liberi positi in conditione, censeantur substi-



Substituti, & sint in dispositione, & ex testamento succedant, v. g. Cum ego instituo filium meum heredem, & si ipse decedat sine liberis, gravo eum, ut bona mea restituat fratri meo: jam liberi dicuntur esse in conditione: si liberos non habes, redde meo fratri: an illi sic positi in conditione, videantur etiam positi in dispositione, id est, per me testatorem in testamento meo substituti? quæstio tam dubia est, ut iudices propter conflictum opinionum causam sententiâ decidere sæpè noluerint, sed litigantes ad transigendum induxerint. Et licet consultius & utilius est, litem incertam transactione remittere, ut quid ex eo jam nunc habeas, quàm temerè litigando, incertum eventum litis subire, ubi fieri possit, ut litem amittas: (a) Verum cum ad transigendum nemo cogi possit, (b) ad decisionem deveniendum, ideoq; si per sententiam lis dirimenda est, veriore & magis communem arbitror, quod liberi positi in conditione, non videantur positi in dispositione, & sic non sint vocati iudicio testatoris, vel ex testamento, sed magis illa bona habeant voluntate sui patris, & ab intestato, (c) & hanc sententiam Camerale iudicium observat.

(a) Donell. in l. pactum curatoris 22. C. de pact.

(b) tex. in Auth. ut litigantes jurent in exordio §. quia verò. l. ex stipulatione. 7. in f. C. de sent. vid. Zas. in l. 1. §. & post operis. n. 8. de oper. novi nunc. Schrad. part. 10. sect. 6. n. 23. 24. ubi habent fallentias.



*Dd. in l. quidam existimarunt. de reb. cred. t. C. ut nemo inuitus agere.*

(c) *arg. l. ex facto etiam. 19. de her. instit. & est celebris gl. in l. Lucius. 2. eod. l. si quis sub conditione 8. si quis om. ca. test. l. ex facto. 17. §. ex facto. 5. ad SC. Trebell. l. si quis eum. 16. in f. & l. 43. in pr. de vulg. & pup. substit. l. filiusfamilias. 114. §. cum erit rogatus. 13. de leg. 1. l. 101. §. 1. de condit. & demonstrat. l. 6. in pr. C. de Instit. & substit. l. 38. C. de fideicom. l. 22. ad Treb. Sichard. in l. ab eo. n. 4. C. h. t. Gail. 2. observ. 136. n. 18. & passim. Intrigl. cent. 3. q. 26. n. 19. & 20. & seqq. ubi rationes adfert. Giphon. in l. cum acutissimi. C. hic ubi octo argumenta affert, & respondet ad contraria. Mantica de coniect. ult. vol. lib. 11. t. 2. Donell. ad l. 1. C. de pact. n. 9. & seq. Pet. Gregor. 42 Syntag. 28. n. 29. & seqq. Ant. Peregrin. de fideicom. art. 28. Duar. de condit. instit. c. 5. Ant. Fab. 26. error. 1. & seqq. 28. err. 8. & seqq. 29. err. 11. Vid. Trentacinqui. c. 11. n. 20, part. 4. de substitut. Ideoq; fideicommissum impositum filijs, ad nepotes non extenditur, sed absq; onere ad illos transit. Gylmann. decis. 6. n. 37. usq; 43. & passim. lib. 1.*

X I.

In hac igitur substitutione si descendantibus, familiae, stirpi, lineae, generationi, (a) debet fideicommissum restitui, ordine successivo vocantur omnes, descendentes siue masculi sint, siue faeminae, (b) si autem filius cum patruo in testamento avi concurrat locus est juri repraesentationis, (c) in infinitum; (d) si vero a transversali fideicommissum est relictum, obtinet tantum in primo gradu. (e)

(a) *l. ul. C. de suis & legit. Nov. 118. §. 1. Menoch. part. 2. praesumpt. 91. n. 7.*

(b) *Idem Menoch. praesum. 92. n. 3. Intrigl. cent. 3. quaest. 83. & 85.*

(c) *§. Cum filius. 6. Inst. de her. que ab int. defer. l. 2. C. de suis & legit. & Auth. In successionem. eo. Intrigl. cent. 3. q. 87.*

(d) *N. 118. §. si quis igitur. vers. in hoc enim. Borch. c. 7. part. 2. n. 124. & de Gradibus f. 178. respondet ad contraria. Schneid. de success. ab int.*

*n. 12. 17.*



n. 12. 17. quia testator præsumitur voluisse suam voluntatem esse conformem juri communi.

(e) §. reliquum. d. Nov. 118. Auth. post fratres. C. de sui & legit. & ibi Dd. & concordat Constitutio Caroli V. Intrigl. q. 87. n. 9. post multos Dd. cum limitationibus per varias conjecturas.

XII.

Et cum avus in linea descendenti filium ac nepotem ex altero filio heredes instituisset, à nepote petijt, ut si intra trigesimum annum moreretur, hereditatem patruo suo restitueret, nepos liberis relictis intra ætatem supra scriptam vita decefsit, fideicommissi conditionem conjectura pietatis defecisse, rectè Papinianus *lib. 9. Responsor.* respondit. (a) Vnde regula colligitur, quod relicto fideicommisso à filio, post mortem simpliciter subintelligitur tacitè clausula: si decefferit sine liberis, (b) vel tempore testamenti, vel postea natis.

(a) *l. cum avus. 102.* ubi subjicit rationem, *de condit. & demonstrat.* quam confirmat ac declarat Justinianus, in *l. cum acutissimi 30. C. hic.* Non tantum in extraneo, sed etiam filio substituto, addita ratione. *l. generaliter. 6. §. cum autem invenimus. C. de instit. & substit.* Optimè facit *l. ex facto. 43. in pr. de vulg. & pup. substit.* ubi itidem ratio affertur, quod non sit verisimile, patrem de hoc casu cogitasse, ut eum, qui postea nasceretur, exheredaret. Accedit quod voluntas testatoris vel cujuslibet disponentis intelligatur stantibus rebus, pro ut ipse consideravit eas. *d. l. ex facto. 43. in pr. Dec. consil. 95. vol. 2. n. 4. Trentacinq. part. 4. c. 7. Intrigl. d. cent. 3. q. 26. & seq. 50. n. 1.* Vbi tamen notandum, quod si liberi ante patrem suum moriantur, conditio substitutionis extitisse intelligatur. *l. ex facto. 17. §. si quis autem 7. ff. ad SC. Treb.*

(b) *d. l. cum acutissimi. Peregrin. hic. art. 32. & post eum Intrigl. d.*

B 3

cent. 3.



cent. 3. q. 50. n. 1. absq; discrimine sexus. l. 1. C. de conditionib insertis.  
l. quinquis. 116. de. V. S. l. si quis filiabus. 5. de testam. tut.

XIII.

Quod ipsum non malè ad naturalem, si pater illum heredem instituit, vel in ea portione, quam juris dispositione illi relinquere potest, (a) vel in totum jus quod habet, alijs liberis non extraneibus, (b) etiam ad filium arrogatum, (c) nec non adoptatum ab ascendente; (d) legitimatum per subsequens matrimonium, (e) & uxorem prægnantem; (f) nostri extendunt. Id quod non modò in universali fideicommissio, sed etiam in singulari, & in donatione causa mortis obtinet. (g) Et quæ de avo & patre ita disposita sunt, etiam in matre (b) & avia locum habent.

(a) l. humanitatis. 8. & Auth. seq. C. de natural. lib. Nov. 18. c. 5. Schneid. de successio. ab int. n. 7.

(b) l. ex facto. 17. §. si quis rogatus. 4. ibi: naturalem filium efficere, ut deficiat conditio. ff. ad SC. Treb. & ibi Br. & Ripa. qui octo modis hoc restringit. l. generaliter. 6. §. cum autem. C. de Instit. & substit. Menoch. d. præsumpt. 89. n. 21. vid. Ant. Fab. lib. coniect. 7. c. 14. & in errorib. prag. decad. 20. error. 10. Non autem obtinet in spurio, Intrigl. d. cent. q. 50. n. 9. nec in adoptivo ab extraneo; nec in filio spiritali. Trentacinq. q. d. c. 7. n. 19. Intrig. d. q. 5. n. 28.

(c) Quia transit in familiam arrogatoris. l. cum in adoptivis. 10. §. 1. C. de adopt.

(d) d. l. 10. cum in adoptivis. Trentacinq. d. c. 7. q. 4. n. 13. 14. 15. 16. 17. Intrigl. d. cent. 3. q. 50. n. 12. 13.

(e) d. l. 6. §. cum autem. in verb. quæ omnia & in legatis & fideicommissis. C. de Instit. & substit. l. illud. 37. ff. de don. mort. ca. Giphani. in d. l. cum acutissimi. ubi adfert. Nov. 89.

(f) per



(f) per l. 187. de R. J. l. sed etsi. 20. ff. ad SC. Treb. ar. l. jubemus. & §. pen. C. ad SC. Treb. l. pen. de stat. hom.

(g) Giph. d. loco.

(h) Quia patriæ potestatis nulla hîc habetur ratio, sed pietatis, quæ non minor est in matre quam patre. l. 4. 5. 6. de in jus voc. Menoch. 89. n. 46. & militat ratio, sup. adducta. ex l. 43. de vulg. & pup. substit.

XIV.

A collateralibus verò, si fideicommissum relictum est, ut si frater liberis orbatus, seniore[m] fratrem vel alium collateralem heredem univ[er]salem instituit, & ejus fidei commisit, ut tertio restitueret, nulla liberorum mentione facta, tunc non subintelligitur tacitè conditio, si sine liberis decesserit.

Quia ratio pietatis, quæ utpote potissima in precedenti decisione adducta, & lex hic cessat. Wesenbec. consil. 94. & Giph. in l. cum acutissimi. Tessauro. decis. 248. nisi contrarium ex verisimili testatoris intentione appareat. Wesenb. d. loco prolixè. Menoch. præsumpt. 89. n. 55. ubi dicit communem & ad contraria respondet. Grass. in §. fideicommissum q. 24. Intrigl. d. q. 50 n. 33.

XV.

Et un[us] potest restitui vel pluribus, pro ut disposuit testator. Et partibus in singulorum personis expressis, tantum quisq; consequitur, quantum testator unicuiq; attribuit. Non verò expressis partibus, idem observatur quod in heredibus. (a) Pluribus heredibus institutis, si rogetur unus restituere portionem suam coheredibus, videtur testator easdem partes in fideicommissis fecisse, quas fecit in institu-



stitutione, & quidem dispares, si ex diversis parti-  
bus sint instituti. (b)

(a) *l. quoties 9. §. heredes. 12. de hered. instit. vbi quod de here-  
dibus dicitur, etiam in quasi herede obtinet.*

(b) *l. quoties 23. ad Trebell. l. si plures. 24. de vulg.*

XVI.

Quod tamen ita demum procedit, nisi quid  
hic factum sit, ex quo proclivior conjectura fit, re-  
statorem voluisse æquas partes inter coheredes ser-  
vari: Quæ conjectura ex duabus rebus sumitur:  
vna si non sub appellatione heredum, sed proprijs  
nominibus heredum singulorum expressis, fidei-  
commissum relinquatur. (a) Altera est, si hi, quibus  
fideicommissum datur, jubeantur, vt fideicommis-  
sum accipiant, & aliquid simul præstent. (b) Et hæc  
de causa efficiente, quis onus fideicommissi impo-  
nere possit, cui injungi, quibus restitui. Sequitur  
materia, in qua consistat fideicommissum.

(a) *l. nonnunquam. 24. ad Trebell. cujus rei ratio est, quia hæc  
personarum nominatio sive enumeratio exæquat hæredes, quasi  
in ipsas personas & capita hereditatem diviserit testator, vt est in  
l. turpia. 54. & clarius in l. si heredes. 124. de leg. 1.*

(b) Quia ex divisione onerum colligitur, vt qui æqualiter  
onerati, in commodo etiam sint exæquati. *l. quoties. 23. ad SC.  
Treb. l. secundum. 10. de R. 7.*

XVII.

Causa ma-  
terialis.

Præterea testator omnes res fideicommissi o-  
nere gravare potest quæ legat & in bonis habet, non  
modo proprio jure & liberè sed etiam alijs (a) obli-  
gatas?



gatas; nec non heredis, legatarij, aut fideicommissarij, (b) sive sciat sive ignoret esse heredis. (c)

(a) §. praterea. f. hic. §. potest autem. f. de sing. reb. per fid. l. sed si. 40. de leg. 1.

(b) l. pradia. 6. l. heredum etiam. 25. C. hic. d. §. potest. de sing. reb. per fid. vid. Robert. 3. animadvers. 11. VVesenb. §. n. 3. f. de leg. Cuius. in not. suis posteriorib. ad Instit.

(c) d. l. pradia. l. licet. 15. de dote præleg. Nam legatum universale semper transit cum onere suo. l. cum pater 77. §. mensæ. de leg. 2. ut si habet tabernam quam legat, præsumitur reliquisse cum debitis & creditis. Ias. in d. l. pradia. n. 3. inf. & ratio est: quia heres cum defuncto unus idemq; intelligitur, & una persona. Borch. c. 8. n. 142. de Feud. & consil. 19. fol. 319. ejusq; voluntatem omnino implere tenetur. l. si pactum. 9. de probat. l. ex contractib. 49. de O. & A. l. hereditas. 62. de R. f. t. t. C. ut action. ab her. & cont. her. dentur. l. 1. C. de hered. act. l. heres. 22. de vsucap. l. cum à matre. 14. C. de rei vend. l. venditrici. 3. C. de reb. al. non alien. l. ex qua persona. 149. de R. f. adeò ut res heredis testatori non aliena, sed ipsius propria censeatur. §. non solum. f. de leg.

XVIII.

Et hæc vera sunt in universali fideicommissio. Re autem aliena vel propria alteri obligata & scienter singularis fideicommissi vel legati titulo relicta, tenetur heres, illam luere & præstare, & distracta, æstimationem solvere; (a) & testatoris scientiam qui rem petit probare cogitur. (b)

(a) d. l. pradia. 6. l. heredum etiam. 25. C. hic. §. sed etsi rem obligatam. 5. f. de leg. & ibi Instituitæ adferunt limitationes. l. sed si heres. 40. de leg. 1. §. potest autem. inf. f. de sing. reb. per fid. Res purè propria legatarij legari non potest. §. sed si rem. 10. Inst. de leg. l. proprias. 13. C. eo. & si legetur, nec res nec æstimatio debetur. l. cetera. 41. §. 2. de leg. 1. nam res quæ mea est, mea amplius effici non potest.

C,

test.



test. l. non ut ex pluribus. 159 de R. J. d. l. cetera. 41. §. tractari. 2. de leg. 1. nisi legatum ipsius esse desierit. l. 1. de reg. Caton. quam explicavit Du. Preses in d. l. pradia. ex mente Accursij, quem sequitur Duar. vid. d. l. cetera. §. 2. Pacius in conciliationib. leg. cent. 1 q. 7. Pet. Heg. in d. §. sed si rem. contra Equinarium, Baronem & Cujac. in not. ad d. §. sed si rem. & ibid. Borch.

(b) l. ei incumbit. 2. de probat. l. actor quod adseverat. 23. C. 10. Pereg. hic q. 44. §. quod autem dixi nunc. 7. de leg. Quidam hoc jure Canonico, per c. filius. de testament. correctum, & quod legatum rei alienæ non valeat, adserunt, sed falluntur.

XIX.

Liberi quoq; in legitima, quæ jure naturæ illis debetur, nullo onere gravari possunt: (a) nec uilla ordinatio in feudis valet, (b) nisi in descendantibus, (c) vel feudum sit hereditarium, (d) vel datum heredibus quibuscunq; : (e) quo modo nec jus patronatus in fideicommissum cadit, (f) nec jus Emphyteuticum, (g) nec jura sepulchrorum. (b)

(a) l. cum ratio. 7. in pr. de bon. damnat. l. scripto herede. 7. in f. si tab. test. nulla ext. unde lib. l. omnimodo. 30. in pr. l. quoniam in prioribus. 32. l. scimus. 36. §. cum autem, ibi: integram portionem. C. de inoff. test. ubi Interpretes omnem moram, dilationem & conditionem à legitima removent, §. primum itaq; illud. 2. N. 1. in pr. Nov. 115. §. aliud quoq; capitulum. 3. c. Raynutius. de testam. c. 1. eo. in 6. Menoch. de arb. jud. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 149. n. 11. Trentacinq. part. 3. substit. c. 5. n. 13. Mantica lib. 7. conject. c. 8. n. 7. Gail. 2. ob. 119.

(b) c. vn. de success. feudi. juncto c. vn. §. & quia videmus. 1. ibi: ad omnes equaliter. de his qui feud. dare pos. §. donare. 1. qualiter olim feud. alien. pot. & dicit Rauchb. in questionib. part. 1. q. 43. n. 19 n. 20. quod patens suo facto, nec possit, nec debeat defraudare filium illo jure, quod à primo acquirente est consecutus. & VVesenb. consil. 54. n. 23. 24.

(c) tex<sub>3</sub>



(c) *tex. e. vn. an agnat. vel filius. & ex ratione Serenissimi, pie record. Electoris Augusti Constit. promulgatae. sub tit. Torgauisch Aufschreiben/ etc. sub tit. Welcher gestalt die Agnaten vnd Mitbelehnten/ etc. & quod filius non possit impugnare factum patris defuncti, decalogo est proximius, ideoq; retinendum, secundum consilium Philippi Melanch. & refert Borch, consil. 13. fol. 218. vers. Allhier wird billich/ etc. vol. 1. observatores decretorum Camerae in hac quaestione non conveniunt, ut videre est apud Mynsing. cent. 3. ob. 67. in f. Gail. 2. obs. 154. n. 1. & dicit Adrian. Gylmann. in symphorem. cam. tom. 3. in quaestionib. controvers. vers. agnatus proximior &c. si alienans promittit, se non contraventurum alienationi, nec velle revocare, quod filius teneatur, & ita in Camera iudicatum. Quo ipso loco in effectu nostram sententiam affirmat, de qua pluribus in Comment. Dn. Praesidis. Tilemann. de Benig. & Martinus de Freccia de feud. lib. 3. diff. 12. pag. 332. dicit, in consilio Neapolitano receptum esse, ut quando bona fide disponitur de feudo, pure devote & absq; laesione existimationis domini, indistincte aestimatio debeat.*

(d) *Mantica d. lib. 7. c. 9. & in primis n. 4.*

(e) *Hart. Pistor. q. 1. lib. 1. n. 61. & seqq. & q. 3. n. 7. elegantissime.*

(f) *Lambertini de Jure patronat. lib. 1. 2. part. art. 16. n. 3. Didac. Covarr. lib. 2. resolut. c. 18.*

(g) *Mantica, vt sup.*

(h) *l. quia. 42. §. 1. ad Trebell. coherent enim personae heredis. Et tantum de materia, nunc de forma.*

X X.

Cæterum ad formam fideicommissi requiritur <sup>Causa formalis.</sup> heredis institutio, & ut ejus fidei committatur (a) alteri hereditatem restituere, (b) idq; quocunq; sermone, per verba: rogo, peto, volo, mando, fidei tuæ committo, opto & similia, (c) & cum sola voluntas testatoris præcipuè hic spectanda, (d) modò inducat dispositionem, (e) fieri potest vel in epistola,

C 2

la,



la, vel libello, vel sine scriptura, imò nutu quinque  
testibus adhibitis. (f)

(a) Etenim si non apparet quisnam huiusmodi onere gravatus sit, ipsum fideicommissum quod non scriptum & inutile foret. *l. facta. 63 §. 4. l. epistola. 75. in f. pr. ad SC. Treb. Bald. in l. quidam referunt. de jure Codicill.*

(b) §. *in primis.* *f. hic* veluti Titius heres mihi esto, & rogo te Luci Titi, ut quam primum poteris, hereditatem meam adire, eam Cajo reddas, restituas.

(c) *l. fideicommissa. 12. de leg. 3. l. & eo modo. 118. de leg. 1. l. 2. C. com. de leg. & fid. §. fin. f. de sing. reb. per fid. rel l. quoniam indignum. 15. C. de testam l. 3. ff. de f. fisci. l. peto Luci. 69. in pr. de leg. 1. vid. sup. disput. 1. & per appositionem plurium verborum, non inducitur pluralitas fideicommissorum.*

(d) *l. cum virum. 16. vers. sanè quoniam. ibi: in fideicommissis. C. hic. l. cum questio. 23. C. de leg. dummodò appareat ex circumstantijs, quod voluerit hereditatem restitui. l. eam quam. 14. C. hic. Donell. lib. 7. cap. 8. de Codicill.*

(e) *l. heredes mei. 57. §. cum ita. ff. ad SC. Treb. d. l. 2. C. com. de leg. & fid.* voluntas enim defuncti, quæ in dispositionem non transit, non est attendenda, ut habet Pet. Ant. de Petra q. 9. allegans Mantiam consil. 194. n. 11. & seq. vid. Covarr. in c. Raynutius. §. 9. Gomez. variar. resolut. tom. 1. c. 7. verba vero consilij, vel adulatoria, non inducunt fideicommissum, quia tum mens fideicommittendi non apparet. *l. generali capite. 32. in pr. de usu & usufr. leg. l. cum pater. 77. §. mando. 24. de l. 2. nec verba simpliciter enunciativa probant mentem. c. si Papa. de privileg. in 6. nec verba jactantiæ de instituendo aliquem heredem. l. ejus bona. 31. ff. qui testam. fac. poss. nec si quis joco dixerit, ego facio te heredem. l. Divus Trajanus. 24. ff. de milit. testam. ut in contractibus. l. obligationum substantia. 3. §. 2. de ob. & Act.*

(f) *l. & in epistola. 22. C. h. t. l. nutu. 21. in pr. de leg. 3. arg. l. cum virum. 16. §. sanè quoniam. ibi: in fideicommissis. C. hic. l. pater Severinam. 101. §. conditionum 2. de condit. & demonstrat. Vbi tamen requiritur, ut is, qui annuit, fari sciat, ut loquitur. l. nutu. 21. licet enim necesse non*

non



non sit fari, fandi tamen impotem non esse necessarium est, quia scilicet fideicommissum relinquere, is saltem potest, qui testamenti factionem habet. *per alleg. sup. th. IV. lit. a. licet non faciat testamentum. l. 2. de leg. 1.* Sic quia mutus testamentum facere non potest, *l. 6. qui test. fac. poss. §. item surdus. quib. non est permiss. fac. testam.* itaq; nec nutu fideicommissum relinquere & proinde merito in eo, qui fideicommissum relinquit, fandi facultas exigitur.

X X I.

Per conjecturas quoq; inducitur fideicommissum, quando vult testator bona in familia conservari, (a) vel testator mandavit, quod heredes illis uti & frui debeant duntaxat, vel ordinavit ne bona perveniant ad filios & eorum descendentes, vel si dixit, ut transeant de herede in heredem in perpetuum, vel quod descendentes debeant esse de parentela testatoris, vel iussit deficientibus descendentibus sive masculis hereditatem suam dividi debere in usus pios, vel mandavit, ne heres leget vel testetur de bonis quæ ipsi relinquit. (b) & similes, quod omne arbitrio iudicis relinquitur.

(a) *l. qui filium. 74. in pr. ff. ad Trebell. l. peto. 69. §. frater. 3. ff. de leg. 2. l. unum. ex familia. 67. §. sed & si. 5. eo.*

(b) *d. l. peto. 69. & d. l. qui filium. 74. vid. Ant. de Petra q. 9. ubi per discursum.*

X X I I.

Sed si vetitum est quid alienari, an fideicommissum inducatur; quæsitum refert Martianus; Et divi Severus & Antoninus rescripserunt, eos qui testamento quid alienari vetant, nec causam expriment,

C 3

munt,



munt, propter quam id fieri velint, nisi invenitur persona, cujus respectu hoc à testatore dispositum est, nullius momenti esse scripturam. (a) Itaq; ut prohibitio de non alienando valeat, requiritur, eam esse factam favore aliquorum, velut ut bona in familia, vel inter descendentes, vel in agnatione conserventur, aut quod in poenam alienationis alius sit vocatus. (b) Et talis prohibitio non modò expressè fieri potest, sed etiam tacitè, quando fideicommissum favore familiæ & liberorum est relictum. (c)

(a) *l. filiusfamilias. 114. §. Divi Severus. 14. de legat. & alienatio valet, uti non facta contra voluntatem defuncti. l. pater. 38. §. Julius Agrippa. 4. l. Lucius. 93. in pr. de leg. 3. etiamsi dicatur ne ullo modo alienaret. d. l. Lucius. Alciat. in d. §. Divi. n. 6. & consil. 128. & 129. lib. 9. quia est tanquam nudum præceptum, quod consilium importat & non obligationem: Et ne videatur testator contra naturam domini, sine justa causa auferre liberam de rebus suis disponendi facultatem. l. non usq; adeo. si à pat. manumiss. quis fuerit. l. dadum. de contrahend. emt. Bart. & alij in l. interdum de cond. indeb. §. sed naturalia. 11. §. de J. N. G. & Civ. l. 1. C. de S. S. Eccles. l. ex facto 43. in pr. ff. de vulg. & pup. substit. l. ult. C. de pact. sic etiam cum persona non est expressa, in quam res transferri debet, in casum alienationis, nullum est fideicommissum, l. Paulus. l. si fuerit. de reb. dub. Incerta enim persona non potest factam alienationem revocare, & incertæ personæ non potest fideicommissum dari. Peregr. art. 14. n. 1. ubi resolvit contradictionem.*

(b) *l. 4. in f. ff. de condit. instit. l. 3. §. 4. de adim. & transfer. leg. d. l. pater. 38. §. quindecim. §. de leg. 3. & tit. de his que pœne nomine. Grass. in §. fideicommissum. q. 55. n. 1. M. Pist. consil. 21. vol. 1. Intrigl. q. 73. n. 33. nisi verba tantum essent directa ad alienationem inter vivos, n. 58. Si verò alienare prohibitus, partem rei distraxerit, an pro tota re, vel*



re, vel parte saltem alienata, rei vindicatio fideicommissario com-  
petat, quæstionis est? sed pro parte saltem alienata actionem  
competere, dicimus cum Jafone in l. ait prætor. 7. de iurejurando n. 4.

(c) l. fin. §. sin autem. C. com. de leg. l. cum ita. §. in fideicommissis,  
de leg. 1. l. fin. C. de V. S.

XXIII.

Alienatione prohibita, nec extraneus heres in-  
stitui, nec inter vivos donare, (a) nec ad longum  
tempus, ne dum in perpetuum locare; (b) nec in a-  
lienatis præscriptio, (c) nec transactio, (d) nec com-  
promissum in præjudicium fideicommissarij, (e)  
nec servitutis impositio, (f) nec permutatio, (g) nec  
fidejussio valet; nec etiam res fideicommissis sub-  
jecta, sub generali hypotheca bonorum contine-  
tur, in primis ad effectum translationis (b) in aliam  
familiam; & prohibito effectu, omnis ejus causa  
prohibita censetur,

(a) l. si quis prioris. §. certum. C. de secund. nup. l. peto. 69. §. frat<sup>re</sup>.  
3. de leg. 2. l. alienationis verb. de V. S. & firmissimas hujus rei rati-  
ones vid. apud Matth. lib. 1. c. 25. n. 5. & seq. nec exinde libera testa-  
di facultas adimitur; testator enim de rebus saltem proprijs, quas  
ipsi relinquit, testari prohibet. l. qui filium. 74. in pr. ad SC. Treb. quia  
etiam lex ipsa prohibet heredem alienare interdictum, posse per  
heredis institutionem distrahere. d. l. peto. nisi verba tantum es-  
sent directa ad alienationem inter vivos, tunc enim clarè patet  
ex mente testatoris non esse prohibitam post mortem, ad quod  
tempus heredis institutio refertur. vt in l. pater filium. 38. §. feudum.  
3. de leg. 3. Peregr. art. 14. n. 25. 27. & art. 40. n. 4. 3. Intrig. q. 73. n. 33.  
Catalogus dissentientium. Cl. J. C. iorum habetur apud Matth. lib. 1.  
c. 25. n. 4.

(b) l. p.



(b) *l. pater filium. 38. §. quindecim. de leg. 3.*

(c) *Intrigl. n. 82.*

(d) *idem n. 66. cum limitationibus.*

(e) *idem, n. 93. & seqq. & n. 118.*

(f) *l. siis cui. §. heres. quemadmod. serv. amitt. l. fundum à testatore. de condit. & demonstrat. l. 1. §. pen. de superfic. Intrig. n. 143.*

(g) *Venditionis nomine si testator usus est, l. XII. tab. omnis alienatio comprehenditur. l. statu liberi à ceteris 29. §. Quintus Mutius. ibi: omnem alienationem complexa videtur, de stat. lib. & finis prohibitionis in alienatione est considerandus. d. l. filiusfamilias. 114. §. Divi Severus. 14. de leg. 1. Pereg. art. 40. n. 33. Intrigl. n. 146. & satis durum est, si quid contra voluntatem testatoris fit.*

(h) *Intrigl. n. 149. & prohibito effectu omnis ejus causa prohibita censetur. Menoch. lib. 6. presunt. n. 93. Ad argumenta Heringij desidejussorib. c. 1. n. 117. 118. respondit Dn. Preses in resolutione l. voluntur. 4. C. hic. vid. ad illa quæ de alienatione hæctenùs dicta sunt Pet. Placentinus in tr. suo de fideicommissis ex prohibita alienatione resultantibus.*

X X I V.

Ac liberum est testatori, vel purè vel sub conditione; vel expressè, vel tacitè, vel etiam ex certo die, ut post biennium quàm mortuus fuero. (a) Et vel totam, vel dimidiam, (b) vel quamcunq; aliam hereditatis partem alterius fideicommittere.

(a) *§. in primis. Inst. hic. Cajus lib. 2. Inst. tit. 7. §. f. l. dies incertus. 75. de condit. & demonstrat. Pet. Tolos. c. 28. tit. 983. n. 14. 15. 16. 17.*

(b) *d. §. præterea. 10. Inst. hic. l. ita tamen. 27. §. Trebellianum. 8. ad S. C. Treb.*

X X V.

Et ad minimum quinq; testibus (a) adhibitis fideicommissa, non solum in testamento, sed etiam in codicillis, donatione causa mortis, & ab intestato relinqui possunt. (b) Et intestatus moriturus potest ro-



test rogare convocatis testibus eum, ad quem bona sua legitimo jure, vel honorario pertinere intelligit, ut hereditatem suam alteri restituat. (c) Quod si testamentum ex causa præteritionis vel exheredationis nullum fuerit, fideicommissa non extinguuntur. (d) Et institutiones heredum, ob prædictas causas vel solennitatum omissionem deficientes, ex clausula codicillari vel simili in vim fideicommissi conservari, (e) communi Dd. calculo approbatum est.

(a) §. fin. Inst. hic. l. fin. §. vlt. C. de codicill. l. 28. §. 1. in f. C. de testam. l. 32. C. hic. Mantica 1. de conject. 11. & 12.

(b) l. 1. l. recusare. 6. §. meminisse. 1. l. Lucius. 78. ad SC. Treb. l. si ita fuerit. 9. de leg. 3. Tolos. n. 7. 8.

(c) d. §. præterea. 10. Instit. hic.

(d) per Auth. ex causa. C. de lib. præter. Gail. 2. obs. 134. n. 1. 2.

(e) d. l. f. §. illud quoq. C. de codicill. l. si frater tuus. 5. C. hic. Gail. 2. obs. 114. n. 1. 2. 3. Clar. q. 46. Contradicit Vaud. lib. 2. q. 12. Et tantum de forma nunc de effectu.

#### XXVI.

Heres igitur fideicommissio vniversali gravatus, restituere tenetur omne id, quod jure hereditario ex testamento habet, (a) vel etiam ex substitutione & jure accrescendi acquisitum, sive mobile sit, sive immobile, (b) & deducere potest æs alienum, (c) impensas item, si facilè liquidari possunt, tam necessarias, (d) quæ extra causam colligendorum fructuum fiunt, (e) quàm utiles, nisi dominus solvendo non

D

do non



do non sic, quo casu eorundem detractione uti poterit, (f) voluptuarias verò per modum abrasionis consequitur. (g)

(a) l. Mevius. 55. in pr. de condit. & demonstrat. l. id autem quod. 76. ad l. Falcid. Intrigl. d. q. 74. n. 2. Legitimam quoq; quam liberi proprio jure habent. idem n. 15. à tota hereditate, tam à fideicommissarijs, quam legatarijs detrahitur. n. 32. & seqq. cum ampliationib. & limitationib. nec fructus perceptos restituit, n. 29. cum limitationib. Res etiam propriæ heredis regulariter non comprehenduntur in hoc fideicommissi genere, idem n. 50 ut nec jus patronatus, jura sepulchrorum, idem n. 55. & quidquid heres ex bonis hereditarijs acquisivit post aditionem. n. 58. sic & prælegata non veniunt in restitutionem. n. 61. per l. Marcellus. 3. §. quidam liberis. 4. ad SC. Treb. l. cum virum. 16. C. hic. l. Titia. 86. ad l. Falc. Gail. 2. obser. 135. Gomez. c. 5. n. 18. cum ampliationib. & limitationib. n. 130. & seqq. etiamsi jussisset testator bona restitui. n. 74. item si quid heredi relictum conditionis implendæ gratiâ, illud enim tanquam extraneus habet, non ut heres. n. 2. item quod causa mortis donatum est inter virum & uxorem. idem n. 3. Intrigl. d. q. n. 159. 161.

(b) tex. in pr. Inst. de sing. reb. per fid. rel. Intrigl. d. q. 74. n. 109. ut fructus à testatore percepti & in horreo reconditi. Intrigl. d. q. n. 120.

(c) l. 1. l. 5. C. hic ad SC. Treb. l. subsignatum. 39. §. 1. de V. S.

(d) l. domum. 5. C. de rei vend. l. vn. §. taceat. 5. vers. sed nec ob impensas. C. de rei vxor. act. l. mulier. 22. §. sed enim. 3. vers. sed & ipse. ff. ad SC. Treb.

(e) l. fructus. 7. §. impendi. 16. ff. sol. matrim. l. 3. l. pen. & ult. de impens. in res dot. fact. l. sumtus 48. ubi Costalli. de rei vend.

(f) l. in fundo. 38. de rei vend.

(g) Alciat. in l. impense. 79. de V. S. Menoch. de recuperand. poss. remed. 15. n. 530. æstimatio autem expensarum, non secundum restorationis, sed restitutionis tempus facienda est. l. domos. 58. de leg. 1. Gail. 2. obs. 121. n. 12.

Et si



Et si ante restitutionem quædam ex ijs interierint, & principalis causa aditionis commodum fideicommissarij concernat, heres dolum & latam culpam, (a) si par utriusq; lucrum sit, etiam levem: (b) si verò gratiâ heredis principaliter facta sit aditio, levissimam culpam præstabit. (c) Casu fortuito diminutis legatis & fideicommissis, minuuntur illa æquali portione, (d) nisi mora fiduciarij intervenerit, (e)

(a) *l. mulier. 22. §. sed enim. 3. ff. hic ad SC. Treb. si deducit Trebellianicam. Pereg. art. 10. n. 28.*

(b) *l. si servus legatus. 108. §. cum quid. 12. de l. 1. facit l. contractus. 23. de R. J. l. si vt certo. 5. §. nunc videndum. 2. Commod. Menoch. lib. 2. de arb. jud. quest. cent. 1. cas. 49. n. 1. 2. vt fit in fideicommissio perpetuo, tunc enim par omnium est conditio. Pereg. d. art. 10. n. 29.*

(c) *l. cum res. 47. §. culpa. 5. de leg. 1.*

(d) *d. l. mulier. 22. §. 3. ad Treb. particulare fideicommissum perit legatario vel fideicommissario singulari, quia res citra dolum & moram possessoris perit domino & cui debetur. l. cum ita 32. §. species. 5. de leg. 2.*

(e) *l. si ex legati causa. 23. l. nemo. 82. de V. ob. Peregrin. in d. loco n. 55. & art. 10. n. 31.*

Ne tamen fiduciarius hereditate vel tota, vel *sc. Treb.* penè tota fideicommissio exhausta, eam vel ob nullum vel exiguum lucrum adire detrectet, atq; ob id vltima defuncti voluntas intercitat, (a) ex SC. Trebelliano, licet in militari testamento gravatus (b) fuerit,



fuerit, Quartam, vulgo Trebellianicam vocant, de qualibet re deducere, (c) vel supplere (d) vel ignorantia facti solutam repetere (e) potest.

(a) §. sed quia heredes. 5. Inst. hic. Theophil. ibid §. sed quia. d. t.

(b) Menoch. de arb. jud. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 164.

(c) d. §. sed quia heredes. cum seq. 7. l. 3. 4. 5. C. hic. c. Raynutius extra de testament. l. liberto. 21. §. filium. 2. de annuis legat.

(d) d. c. Raynutius. c. Reinaldus. ext. de testam. Trebellianicæ non quidem fit mentio in Jure Civili, sed jure Canonico. Peregr. art. 3. n. 2. 3. Intrigl. q. 71.

(e) §. sed quia stipulationes. 7. 7. hic. l. error. 9. l. in imponenda. 6. §. fin. C. ad l. Falc. l. pen. §. fin. ff. de Juris & facti ig.

XXIX.

Hanc detrahit heres per fideicommissum universale gravatus, (a) & omnis in quem transitur hereditas, (b) etiam qui in locum heredis succedit, (c) nec non fiscus; (d) non autem legatarius hereditatis totius vel partis, (e) à sublegatarijs.

(a) §. sed quia. 5. Inst. hic.

(b) l. quamquam. 10. C. ad l. Falcid.

(c) l. cum filiofamilias. 11. de leg. 1.

(d) Menoch. consil. 77. vol. ult.

(e) l. 1. §. inde Neratius. 19. l. cogi. 16. §. Mæcianus 8. l. mulier. 22. §. fin. l. ex affe. 28. ff. ad SC. Treb. Quia is non est rogatus, uti heres, & licet hi rem capere nolint, aut non possint, tamen non percunt relicta ab eis, remanent enim apud heredem gravatum cum onere restituendi. l. si alienus. 62. l. cum patër. de leg. 2. l. si ab eo. 9. de usufruct. leg. l. vn. §. pro secundo. 4. C. de cad. toll. quod & in Falcidia obtinet. Peregrin. art. 3. n. 5. & art. 15. n. 22.

XXX.

Et quartæ quantitas consideratur vel ratione  
afsis



afsis totius hereditatis, si totam restituit, vel quotam, si partem, (a) Ac statim debetur, si fideicommissum est simplex & purum, & transmittitur: (b) si vero conditionale, aut in diem, demum conditione existente, vel die veniente. (c) Et si fideicommissarius, priusquam extiterit dies vel conditio, fati munus adimpleverit, (d) ad heredes non transmittitur, (e) nisi contraria testatoris voluntas, ex conjecturis eluceat. (f)

(a) *l. liberto. 21. §. filium. 2. de annu. leg. §. nihil autem interest. vers. que autem diximus. Instit. de fideicom. her.*

(b) Quia præsentem die debetur, ideoque statim à morte testatoris cedit dies restituendæ hereditatis, ut: Sempronium heredem instituo, rogoque eum ut Cajo hereditatem restituat: hinc jus quæsitum censetur Cajo, ut etiam si moriatur ante restitutionem realem vel verbalem, transmittit hereditatem ad suos, etiam si institutus nondum agnoverit vel adierit hereditatem, vel decesserit ante aditionem. *l. si in personam. C. hic. l. cum ita. 33. §. quod à legatario. de leg. 2. l. vn. §. sin autem aliquid. C. de cad. toll.*

(c) *l. sed et si alio. 9. ad Treb. Peregr. d. loco n. 24. 25.*

(d) *l. 4. quando dies leg. ced. l. heres meus. 78. §. 1. de condit. & demonstr. Gail. 2. obs. 132. n. 1. Menoch. de arb. jud. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 165. n. 1. Gomez. c. 5. n. 9.*

(e) *l. licet Imperator. 77. de leg. 1. l. quidam ita. 25. in pr. b. t. l. cum proponebatur. 66. in fin. de leg. 2. Gail. d. observ. n. 7. & observ. 135. n. 5.*

(f) *d. §. ex conditionali. de V. O. Pet. Gregor. Tolos. n. 19.*

XXXI.

Ac si testator in testamento non assignavit certam partem fiduciario heredi, (a) aut si non peculium concessit filio, (b) tunc Trebellianica, ut Fal-

D 3

cidia



cidia in singulis corporibus debetur. (c) Judex etiam ex officio potest assignare quartam, vel in vna, vel in duabus rebus. (d)

(a) *l. id autem. 76. l. cum quo. 56. §. f. l. quærebat. 82. l. acceptis. 93. ad l. Falc. l. deducta. 58. ad Trebell.*

(b) *l. filium quem habentem. 24. C. fam. her.*

(c) *l. lineam margaritarum. 26. ad l. Falc. l. 2. C. eo. & Dd. nostri in genere regulam constituunt, quod, quæ non imputantur in quartam Trebellianicam, non etiam imputentur in Falcidiam, ut arguit Bart. in l. in quartam. 91. ad l. Falc. Et cum imputatio in Trebellianicam latior est, quam in Falcidiam, quod in Trebellianicam non imputatur, multò minus venit in Falcidiam.*

(d) *l. potest 27. de leg. 1.*

XXXII.

Et regulariter in utramq; quartam imputantur, quæ capiuntur jure hereditario, sive in totum, sive pro parte, (a) nec non etiam legitima, (b) donatio causa mortis (c) in conjugem aut filium facta, non verò imputantur, quæ à testatore ex contractu inter vivos heres lucratur. (d) Fructus percepti quoque quartam extenuant, (e) quod in liberis secus est. (f)

(a) *l. in quartam. 91. l. quod autem. 74. l. id autem. 76. ff. ad l. Falc. l. deducta. 58. ad Trebell.*

(b) *l. 1. §. interdum. 14. si cui plus quam per l. Falc. quia in legitimam imputatur, quidquid capitur ex bonis defuncti, quocunq; titulo. l. omnimodo. 30. l. scimus. 36. C. de inoff. testam. Constit. Elect. part. 3. art. 11. versic. nam ut hunc, &c. & est in libera voluntate filij, quam partem detrahere velit.*

(c) *Dec. consil. 631. n. 5.*

(d) *l. pater filiam. 14. ad l. Falcid. l. in imponenda. 6. l. irritum. 8.*

*G. eo.*



C. eo vt dos, donatio propter nuptias, nec lucrum dotis, & quod filius habet ex beneficio. l. hac edictali. 6. C. de secund. nupt. vel ob causam habet. d. l. in quartam. vers. sed & quod implenda. ad l. Falc. Peregr. d. art. n. 45. quia non statim debetur.

(e) l. in fideicommissaria. 18. §. 1. ad Trebell.

(f) l. jubemus. 6. C. hic ad Treb. l. scimus. 36. in pr. versic. sancimus C. de inoff. testam. Gail. 2. obser. 133. n. 4.

XXXIII.

Occasione ejus quod de legitima dictum est, quæritur; an filius hereditatis restitutione gravatus præter legitimam duas Quartas deducere possit, vnam à legatis & fideicommissis, alteram ex jure naturali: & cum jus civile legitimam imputat in quartam, illo jure verior est sententia negativa; (a) quam Jus Canonicum ita temporat, vt purè rogatus restituere; duas non detrahat; sed sub conditione, si sine liberis, vel alia, vel in diem oneratus, deducat, (b) Quod in parentibus etiam & alijs adscendentibus fideicommissis gravatis ita obtinet. (c)

(a) l. filium quem habentem. 24. C. fam. her. ibi supra quartam habens reddere compellitur. l. jubemus. 6. ibi. retenta quarta, pro auctoritate Trebelliani, dodrans restituatur. C. hic. ad SC. Treb. Auth. Res quæ. C. com. de leg. & duæ lucrativæ causæ circa vnam eandemq; personam non possunt concurrere. l. Mævius. 66. §. duorum. 1. de leg. 2. Peregr. n. 51. d. art. 3. Bart. in l. Papinianus. §. meminisse. n. 5. Castrens. n. 6. de inoff. testam. Oltrad. consil. 205. pulchrè. Cujac. 8. observ. 3. Donell. 7. com. 30. Hotomann. quæst. 43. Mynsing. ad pr. Inst. de l. Falcid. n. 11. Gothofredus ad l. 3. §. item Pomponius. 2. ad verb. ex omnibus.

(b) c. Raynutius. §. cum autem. c. Rainaldus. §. dilectus. de testam. & hæc sententia in foro prævalet. Gail. 2. obs. 121. n. 6. quia legitima semper purè debetur. Quando autem fideicommissum conditiona-



rationale occurrit, restitutio in aliud tempus est collata, etiam si ad semissem deveniat. *Peregr. n. 56. facit d. l. jubemus. 6. C. ad SC. Treb. & regula de duabus causis lucrativis, locum non habet in ijs, quæ diversis temporibus perficienda sunt. l. existimo. 98. de V. O. Pet. Heig. 1 part. quest. 32. per tot. & n. 22. c. pen. vid. Bart. in l. Papinianus. §. meminisse. de inoff. testam. Doct. in l. jubemus. C. ad Treb. & in d. c. Raynuccius.*

(c) *Nov. 18. c. 1. in fin. Gail. d. loco n. 11. Rationes eadem quæ sunt in augmento legitimæ.*

XXXIV.

Cæterum repellitur heres in totum à quartæ deductione, vel lege, vt si coactus adierit, (a) si scienter vel juris ignorantia quartam soluerit, (b) si fideicommissi alienatio prohibita fuerit, (c) si annus post iussum Judicis elapsus sit, neq; is voluntatem defuncti impleverit, (d) item si æs alienum totam defuncti substantiam absorbeat, (e) vel fideicommissum universale ad pias causas relictum sit: (f) Non autem propter non confectum inventariū; (g) Potest etiam heres sponte remittere quartam. (h)

(a) *l. beneficio. 59. ad l. Falcid. l. si patroni. 55. §. qui fideicommissariam. 2. ad Treb. Nov. 1. §. sed quia. 5. §. hic.*

(b) *Auth. sed cum testator. vers. item si. l. error facti. 9. C. ad l. Falc. l. cuius per errorem. 53. de R. J.*

(c) *Auth. sed in ea re. C. ad l. Falc. Mynsing. in §. sed quia heredes. n. 5. Inst. hic.*

(d) *§. si quis autem non implens. N. 1.*

(e) *l. 1. §. pen. ff. l. 6. & l. 16. C. hic. l. subsignatum. 39. §. 1. de V. S.*

(f) *Nov. 131. cap. 12. de Eccles. tit. ibi. omni falcidia Gail. 2. obs. 119. n. 6. 7.*

(g) *§. sed quia stipul. 7. §. hic. juncta l. sancimus. 27. C. de testam. Gail. 2. ob. 138. Mynsing. cent. 3. obs. 60. Gomes. t. 5. n. 12. hic.*

(h) *l. pen. C. de pact. Peregr. n. 123. 124.*

Vel à



Vel à testatore, si testator expressè eam in testamento prohibuerit, (a) vt quando hereditatem totam vel integram, vel sine aliqua diminutione restitui mandavit, vel talibus verbis vsus est, quæ prohibitionem concludenter & necessariò inferunt, (b) vt puta, sine deductione, diminutione, detractioe restituas. (c)

(a) *Nov. 1. §. Si verò expressim. Auth. sed cum testator. C. ad l. Falc. quod & ad Trebellianicam trahunt. Peregr. in d. art. 3. n. 85. & n. 87. habet rationes, & hanc sententiam in praxi observari adserit. Et expressa prohibitio requiritur. Ad contraria respondet. n. 89. Olim quidem Falcidia prohiberi non poterat. l. Seius & Augerius. 27. ad l. Falc. ne dum minui. l. quod bonis. 15. §. fin. eo. Justinianus autem prohibitionem permisit.*

(b) Fallit in liberis, in ijs enim Trebellianicæ prohibitio non obtinet. *Gail. 2. obs. 121. n. 9. quod verum existimo, si legitimam non sint consecuti: idem in nepotibus. arg. l. jubemus. C. ad SC. Treb.*

(c) *Peregr. d. loco n. 89. In codicillis prohibitio non valet. Peregr. d. loco n. 121.*

Restituitur autem hereditas per fiduciarium, vel alium ejus jussu, ipsi fideicommissario vel alteri, ejus voluntate, (a) vel verbis, vel re ipsa. (b) Et qui semel heres factus, nihilominus heres permanet, (c) & qui recepit hereditatem aliquando heredis, secundum SC. Trebellianum, si tota hereditas ei restituitur; aliquando legatarij loco, secundum SC. Pegasianum, si pars bonorum relicta, habetur. (d)

(a) *l. restituta. 37. l. apud Julianum. 11. §. vtrum. ff. ad SC. Treb.*

E

(b) *d. l.*



(b) *d. l. restituta. Gomez. d. c. 5. n. 13.*

(c) *§. restituta. Inst. hic. l. ei qui solvendo. 88. de her. instir.*

(d) *d. §. restituta.*

XXXVII.

Hereditate à directo herede restituta, S C. Trebelliano cautum est, vt omnes actiones, quæ iure civili heredi & in heredem competere, ei & in eum darentur, vel in solidum, vel pro rata portione, cui ex fideicommissio restituta est hereditas: (a) non quidem directæ, (b) sed vtiles, (c) ita vt heres conventus exceptione restitutæ hereditatis se teneatur. (d)

(a) *l. 1. §. 2. ff. §. & Neronis. 4. §. sed quia. 7. hic. l. vn. C. vt act. & ab hered. l. ita tamen. 27. §. 2. & l. qui totam hereditatem. 45. ad SC. Treb. l. certi conditio. 9. §. 1. vbi gl. in verbo: fiduciaria. ff. de reb. cred. si cert. pet. Pet. Greg. Tolos. n. 14.*

(b) *d. l. certi conditio. 9.*

(c) *d. l. restituta 37. ff. ad SC. Treb.*

(d) *l. 1. §. quamquam autem senatus. 4. hic. Gail. 2. obs. 131. n. 1. 2.*

XXXVIII.

Heres adita hereditate, si detrectat restituere hereditatem, datur fideicommissario, actio vel ex testamento, (a) & si quæ alienavit, redintegrare tenetur, (b) vel etiam petitio hereditatis, aduersus heredem putativum, vel alium possessorem, (c) contra titulum possidentem etiam rei vindicatio competit, (d) & Publiciana. An autem hæ posteriores actiones reales, cum petitione hereditatis cumulari possint, inter Doctores non convenit. Et quamvis

Baldus



Baldus & Angelus (e) negativam tuentur; affirmativam tamen secundum Paulum (f) de Castro verriorem putamus. An autem personalis actio cumulari possit cum reali in dubium vocatur. Et quidem contra tertium personalis non competit (g) Verum si contra heredem, vel heredis heredem lis movetur, cum personali hypothecaria rectè cumulatur. (h)

(a) §. sed olim. ibi. personales. f. de leg. l. si quis absentis. 5. §. heres. de Act. & Oblig. §. heres. 5. Inst. de oblig. quæ ex quas. contr.

(b) l. Marcellus. 3. §. res quæ. l. mulier. 22. §. sed enim. 3. l. si heres institutus. 70. §. 1. ad Trebell. l. planè si filium. 94. §. qui rogatus. 1. de leg. 1. Peregr. art. 45. n. 14. 15.

(c) l. 1. & t. t. de fideicom. her. l. nec vllam. 13. in pr. de pet. her. l. f. C. com. de leg. §. nostra autem. §. sin autem. f. de leg.

(d) l. hereditas. l. hereditatis. C. de pet. her. nisi habeat illum ab herede. & d. l. 1. in fin. C. com. de leg. vel fideicommissario.

(e) in l. 2. C. de pet. her. & sequitur Alexand. consil. 89. n. 2.

(f) in d. l. 2. & l. regulariter. ff. de pet. her. & ratio est: quia agens petitione hereditatis actionem deducit, quæ cum jure domini, vel quasi concordat, quia potest esse quod author suus fuerit dominus vel quasi. Peregr. n. 48. 49. art. 45.

(g) t. t. de Oblig. & Act. Doctores ad Rub. f. de Act.

(h) l. 1. C. com. de leg. §. sed neq. de fidejussor.

XXXIX.

Quinimo remedia possessoria adipiscendæ facta verbali vel legali restitutione diverso tamen fine competunt, scilicet quorum bonorum: (a) quorum legatorum: (b) & edictum D. Adriani. (c)

(a) illo tit. l. 1. §. hoc interdictum. ibi; & ceteros possessores. contra illum qui pro herede vel possessore possidet. Peregr. art. 46. & habet formulam libelli n. 36.

E 2

(b) l. 1. C.



(b) *l. 1. C. quor. leg. quæ etiam de fideicommissarijs vniversalibus intelligenda. Pereg. d. art. 45. n. 58. si fideicommissarius occupasset rem legatam, ut eam restituat, & de manu heredis capiat. Libellum proponit d. art. n. 81.*

(c) datur omnibus heredibus vniversalibus, ex testamento vel codicillis, qui pro testamentis habentur, *Pereg. art. 48. n. 13. succedentibus. Libellum proponit n. 60. Eleganter Menoch. in remed. adipis. poss. 1. 2. 4. in primis n. 166. & seqq.*

X L.

Siverò omnino nolit adire hereditatem, veritus ne damno afficeretur, prospectum illi est, vt dicat fideicommissarius sine periculo adire, & restitui sibi velle, & cogitur heres institutus à Prætoze adire & restituere hereditatem, nulla sibi portione retenta.

*l. cogi. 16. ad SC. Treb. l. si quis omiffa. 17. ff. si quis omiff. ca. l. quia poterat. 4. l. nam quod. 14. §. qui compulsus. 4. ad SC. Trebell. Roland. de substit. in Rub. n. 22.*

X L I.

Et fideicommissarius sibi hereditatem ex causa fideicommissi deberi, vel per scriptum vel quinque testes probabit. (a) si tamen testator fidei heredis hoc commiserit, neque res legitimis probationibus manifestari possit, heredem fidem adimplere recusantem, aut ad iuramenti præstationem, aut, si jurare recuset, relictæ solutionem coarctandum, nova Imperatoris Constitutio introduxit, (b) nec relatio iuramenti locum habet. (c)

(a) *l. fin. C. de fideicom. l. & sine. 5. C. ad Treb. junctæ l. fin. §. fin. de Codicill. l. fin. C. de don. ca. mort. §. fin. Inst. hîc.*

(b) *d. l.*



(b) d. l. fin. C. de fideicom. & d. §. fin. f. hic. Pereg. art. 43.

(c) quia est iuramentum necessarium. d. l. f. & ibid. Dd. l. fin. C. de Jure delib.

XLII.

Deficit fideicommissum pluribus modis, ut si non adeatur hereditas, vel is qui rogatus est restituere, ante aditionem mortuus sit, & transmissioni locus non est, (a) vel filius cui impositum est fideicommissum liberos susceperit, (b) vel quando ad certas personas, vel certos gradus, (c) vel ad certum tempus (d) vel modum est restrictum. Item finitur voluntate fideicommissarij, si substitutus heres hereditatem recuset. (e)

(a) l. ille à quo. 6. si de testamento. ibi: ne prius heres decedens. ad Treb.

(b) l. generaliter. §. autem C. de Instit. sub. mo. fact. l. jubemus. §. fin. autem. C. ad Trebell. l. cum acutissimi. C. h. r. l. cum avus. de condit. & demonstrat. Limitationem habet Pet. Greg. Toloss. hic. lib. 42. c. 30. n. 3.

(c) l. cum pater. §. libertis. l. qui solidum. §. pen. de leg. 2. l. si vnus. §. ante omnia. de pact. quia non transeunt de persona in personam, l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de Verb. Ob. l. stipulatio ista. §. sicut autem. eo. ideoq; fideicommissum injunctum filijs non trahitur ad nepotes. Th. VII. sup.

(d) si heres meus intra 25. annum deceaserit substituo Cajum. l. centurio. de vulg. substit. & limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. de acquir. rer. dom. l. cancellaverat. de his que in test. del. Pereg. art. 52. n. 2. 3.

(e) l. servum filij. §. 1. de leg. 1. l. fin. C. de repud. her. Ratio desumi potest ex l. invito. de R. f. l. si quis in conscribendo. C. de pact. si purum est, secus si est conditionale vel in diem certum, illud enim cum non debetur, non potest repudiari. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. de leg. 2. Ratio in l. qui potest. §. quod quis. de R. f. l. is potest. de acquir. hered. nisi aliter acceptaverit. l. tale pactum. in pr. de pact. l.





qui patitur. Mand. l. si ob causam. C. de evictionib. Peregrin. d. loco n. 12.  
& seqq. vbi multa de remissione jurium & quomodo ex clausulis  
certis inducatur.

X L I I I.

Fideicom-  
missum con-  
ventionale.

Et quamvis fideicommissum propriè per mo-  
dum ultimæ voluntatis constituitur: per inductio-  
nem tamen inter vivos etiam pacto & stipulatione  
fieri potest, quod conventionale dicitur: & ex tali  
conventionem actio adversus promissorem, & ejus  
heredes, (a) etiam ad omnia bona futura & præsen-  
tia, si in conventionem venerunt (b) proficiscitur.  
Quando verò dubitatur ad quam speciem disposi-  
tio referenda sit, pro jure *ωελυήσεως* accipitur, &  
ex illo decisionem capit.

(a) t. t. C. de inoff. don. l. si vnquam. C. de revocand. don. ar. l. Di-  
vius Pius. 28. de R. J. l. in re mandata. 21. C. mand. & conventio dat le-  
gem contractui. l. 1. de pact. l. contractus. 23. de R. J. Johan. Corrasius  
lib. 6. Miscell. c. 17.

(b) l. quoties. 3. l. si rerum. 2. C. de donat. que sub mo. l. 1. & ibi gl.  
C. de don. mort. ca. l. vl. C. fam. hercis. l. 1. pro socio. l. qui Romæ 122. §. Fla-  
vius. 2. de V. Ob. Corras. d. loco. Joh. Vaud. lib. 1. q. 3. Menoch. consil. 325.  
n. 1. 2. vol. 3. Adrian. Gilman. lib. 2. decis. 26. n. 140. vbi dicit, hanc sen-  
tentiam esse veriore. Tib. Decian. lib. 1. consil. 41. n. 17. Peregr. art. 1.  
n. 13. hic. & art. 51. & in primis. n. 29. 30. & seqq. Quia provisio homi-  
nis tollit provisionem legis. l. vlt. de pact. convent. & consum. Nov.  
Leon. 19. Daut. in l. f. C. de pact. Gædd. de stipulat. c. 6. conclus. 7. n. 73. & seq.

(c) l. si ita quis. 135. §. ea lege. de V. Ob. Nicol. Reusner. lib. 1. consil. 20.  
n. 22. VVesembec. consil. 9. n. 22. & passim. Menoch. consil. 85. n. 86. 88. 89.  
& tantum denunciationis necessitatem inducit, quâ factâ si no-  
lint agnati emere, libera distrahendi potestas conceditur. Zoanet-  
tus in l. dudum. C. de pact. int. emt. & vend. Matt. de Afflict. de Jure Prothimis.  
Zaf. in Respons. singul. lib. 1. c. 7. n. 3. & consil. 4. n. 3.

Hoc



Hoc improprium fideicommissum à proprio differt, quod etiamsi sub conditione conceptum sit, (a) nihilominus ad heredes transmittatur, & in eo Trebellianum locum non habeat, (b) nec invita altera parte revocari possit, (c) insinuationi non subjaceat, nisi in vim donationis conceptum, (d) in tertium si alienatum, detur actio fideicommissario ad interesse (e) adversus alienantem, non contra possessorem. (f)

(a) quia jus quæritur à die contractus. §. ex conditionali. 7. de V. Ob. l. is qui sub conditione. de O. & Act. Pet. Græg. Tolos. n. 19.

(b) quia non gravatur ut heres, sed ut dominus. l. 1. §. inde Neratius. 19. l. multi. 22. §. f. ad Treb. Tib. Decian. consil. 41. n. 18. 19. Plures differentias recitat, Pet. Anton. de Petra. de Fideicom. q. 4. n. 6.

(c) l. nil tam naturale. de R. 7. vbi Dd. l. sicut. C. de Ob. & Act. Peregr. art. 51. n. 44.

(d) §. alie autem. 7. de donat. l. sancimus C. eo. Peregr. n. 61. & seqq. hanc questionem variè disputat.

(e) l. si ita quis. §. ea lege. & ibi Bart. in pr. de V. Ob. Sichar. in l. 3. n. 7. C. de condict. ob caus. Modestin. Pistor. consil. 21. n. 4. vol. 1. Joach. à Beust. in l. admonendi. n. 87. de Jurejur. Joh. Gædd. de contrah. stipul. c. 6. conclus. 1. n. 4. 5. 6. Ruland. tract. de commiss. part. 3. lib. 2. c. 5. n. 14.

(f) sed ut Rolandus ex alijs infert implorari possit officium judicis, vel etiam rei vindicatio utilis institui. d. part. 3. lib. 2. c. 5. n. 17. 18. & lib. 7. c. 3. n. 15.

F I N I S.

SOLI DEO GLORIA.





*Præstantiss. Viro*

*Dn.*

**BERNHARDO PLANERO,**  
**L L. Candidato.**

**A**ctenus ad scopulos Juris detrusus acutos  
Sapè subivisti grande laboris onus.  
Nocturnas horas junxisti sapè diurnis,  
Anxiferos æstus passus, & acre gelu.  
Quin pergis? quin gnævus opus pertexis? Honoris  
Ut via sit planè plana PLANERE tibi.

Theodorus Sitzman D.

Sereniss. Elect. Sax.

Scabinus.





Leipzig, Diss., 1593/1613

ULB Halle

3

004 954 793




V.17











*Pr. 53. Rubry. 7. 30*  
*161712*

ibus

*14*

ISSA  
hendens,

NNI JC<sup>ti</sup>  
i &c.

S Norimb.  
ibus 22.

ibus, descriptio-  
em, materialem  
clarantibus; po-  
agetur.

COBER.

XVII.

